



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum peccent à talibus communione[m] recipientes? 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-38725

432 QVÆST. LXXXII. ART. IX.
datis autem aufertur executio quasi in perpetuum
condemnatis.

ARTIC. IX.

Vtrum licet ab excommunicatis, vel hæreticis, sen-
tenciatibus communionem recipere, & eo-
rum missam audire?

502

A D nonum sic proceditur. Videtur, quod aliquis
a 9. ad 2 licite possit communionem recipere a sacerdo-
et 2. & 4 tibus hæreticis vel excommunicatis, vel etiam pec-
d. 13. q. 1 catoribus, & ab eis missam audire. Sicut enim Aug.
a 3. o. 2. contra Petilianum dicit, Neque in homine bono, ne-
*refertur que in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta.
hoc in de Sed sacerdotes quamvis sint peccatores & hæretici,
cre. 1. q. vel excommunicati, verum conficiunt sacramentum.
1. c. Neq. Ergo videtur, quod non sit vitandum ab eis commu-
in prin. nionem accipere, vel eorum missam audire.

¶ 2 Præterea, Corpus Christi verum, figurativum
q. 80. a. 4 est corporis mystici: sicut supra dictum est *. Sed a
prædictis sacerdotibus verum corpus Christi confe-
ratur. Ergo videtur, quod illi qui sunt de corpore
mystico, possint eorum sacrificijs communicare.

¶ 3 Præterea, Multa peccata sunt grauiora, quam
fornicatio. Sed non est prohibitum audire missas sa-
cerdotum aliter peccantium. Ergo etiam non debet
esse prohibitum audire missas sacerdotum fornic-
itorum.

S E D contra est, quod Can. dicit 32. * dist. Nullus
a 5. 32. c. missam audiat sacerdotis, quem indubitanter co-
Nullus. cubinam nouit habere. Et Gregor. * dicit in 1. dial.
Greg. l. 3. quod pater perfidus Arrianum Episcopum misit ad si-
Dials. c. lium, ut de eius manu sacrilegè consecrationis com-
31. parvunionem perciperet: sed vir Deo deditus Ariano
a prin. Episcopo venienti exprobrait, ut debuit.

R E S P O N D E O dicendum, quod (sicut su-
a 3. 7. et pra dictum est *) sacerdotes si sint hæretici, vel schis-
8. huic matici, vel excommunicati, vel etiam peccatores,
q. quamvis habeant potestatem conferandi Euchari-
stiam: nō tamen ea recte videntur, sed peccant vrætes.
Qui-

Quicumque autem communicat alicui in peccato,
ipse particeps peccati efficitur. Vnde & in secunda
Canon.* Ioann. dicitur, quod qui dixerit ei, & cœ (sci-
licet hæretico) communicat operibus illius malignis,
Et ideo non licet à prædictis communionem acci-
pere, aut eorum missam audire. Differt tamen inter
prædictas seetas. Nam hæretici & schismatici & ex-
communicati, sunt per sententiam Ecclesiæ, execu-
tionem consecrandi priuati: & ideo peccat qui cum
que eorum missam audit, vel ab eis accipit sacra-
menta. Sed non omnes peccatores sunt per senten-
tiam Ecclesiæ executione huius potestatis priuati.
Et sic quamvis sint suspensi quantum ad se, ex senten-
tia diuina, non autem quantum ad alios ex senten-
tia Ecclesiæ. Et ideo usque ad sententiam Ecclesiæ
licet ab eis communionem accipere, & eorum mis-
sam audire. Vnde super illud 1. Cor. 5. Cum huiusmo-
di nec cibum sumere, dicit glosa.* Augustin. Hoc di-
cendo, noluit hominem ab homine iudicari ex ar-
bitrio suspicionis, vel etiam extraordinario usurpato
iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem
Ecclesiæ, sive ultro confessum, sive accusatum, &
conuictum.

Ad primum ergo dicendum, quod in hoc, quod
refugimus audire missas talium sacerdotum, aut ab
eis communionem recipere, non refugimus Dei
sacramenta, sed potius ea veneramur. Vnde ho-
stia à talibus sacerdotibus consecrata, est adoran-
da: & si reserueretur, licet potest sumi à sacerdote
legitimo. Sed refugimus culpam indigne mini-
strantium.

Ad secundum dicendum, quod unitas corporis
mystici est fructus corporis veri percepti. Illi autem
qui indigne percipiunt, vel ministrant, priuantur fru-
ctu: ut supra dictum est*. Et ideo non est sumendum
ex eorum dispensatione sacramentum, ab eis qui sunt
in unitate Ecclesiæ.

Ad tertium dicendum, quod licet fornicatio
Tertia Par. Vol. ii. Eccl. non

circa fin.
illius.

Ef Aug.
in lib. de
util. pen.

à met. 9.
betur it
hic li. 10.

10. in ter
50. ho. &
est ultim.

q. 80. ar.
4. & 4.7.
huius q.

434 QVÆST. LXXXII. ART. IX.
non sit grauior cæteris peccatis, tamen ad eam pro-
niores sunt homines, propter carnis concupiscenti-
am. Et ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus
prohibitum est ab Ecclesia, & ne aliquis audiat mis-
sam concubinarij sacerdotis. Sed hoc intelligendum
est de notorio, vel per sententiam, quæ fertur in con-
uictum, vel per confessionem in iure factam, vel per
evidentiam facti, quando non potest peccatum ali-
qua tergiuersatione celari.

ARTIC. X.

Vtrum liceat sacerdoti, omnino à consecratione Eu-
charistie abstinere?

503
4. dif. 12.
q. 3. ar. 2.
q. 3. q. d.
13. q. 1.
8. 2. q. 1.

ar. 7. hu-
ius q.

Gela. Pal
lzd. episc.
scribens:
Hetur in
decre. di.
55. c. pre-
cepta ca-
non. c. in
princ.

A D decimum sic proceditur. Videtur, quod li-
ceat sacerdoti, omnino à consecratione Eucha-
ristie abstinere. Sicut enim ad officium sacerdotis
pertinet Eucharistiam consecrare, ita etiam baptiza-
re, & in alijs sacramentis ministrare. Sed sacerdos
non tenetur ministrare in alijs sacramentis, nisi pro-
pter curam animarum suscepitam. Ergo videtur, quod cu-
ram non habeat animarum.

¶ 2 Præterea, Nullus tenetur facere quod sibi
non licet: alioquin esset perplexus. Sed sacerdoti
peccatori vel etiam excommunicato, non licet eu-
charistiam consecrare: ut supra dictum est*. Ergo
videtur, quod tales non teneantur ad celebrandum,
& ita nec alij: alioquin ex sua culpa commodum
reportarent.

¶ 3 Præterea, Dignitas sacerdotalis non perdi-
tur per subsequentem infirmitatem: dicit enim *Ge-
lafius Papa, & habetur in decr. dist. 55. Præcepta ca-
nonica, sicut non patiuntur venire ad sacerdotium
debiles corpore, ita si quis in eo fuerit constitutus,
ac tunc fuerit fauciatus, amittere non potest quod
tempore suæ synceritatis accepit. Contingit autem
quandoque, quod ordinati in sacerdotes, incurruunt
aliquos defectus, ex quibus à celebratione impe-
diuntur, sicut est lepra vel morbus cæducus, vel ali-
quid